



Frotho eius nominis secundus filius fuit Hu-
 gleti, Nepos Dani, & pronepos Vffonis regū
 Daniæ. Hic cognomēto Vegetus ipsam appella-
 tionē corporis animicq; firmitate testatus est. nā de
 cē Noruagiæ ducib. bello consumptis, postremo
 Frogerū regē inuasurus accessit. Hunc Frogerum
 Magicis artib. instructū, multi p Deo colebāt, pre-
 fertim cū is præsciret, à nullo se uinci posse, nisi ab
 eo qui certaminis hora subiectū pedib. eius pulue-
 rē manu cōuellere posset. Quē Frotho tanta à su-
 peris firmitate cōperiens duelli postulatione solici-
 tat, deorū munus fallacia tētaturus, Anno mūdi
 3700, eo tempore cū Iudæus Machabæus apud Iu-

dæos clarus esset.